5 oct.^{bre} de 1294. Sala I. leg. 293-95 1

S.^{ta} Coloma de Farnes.

Donacion en feudo del Castillo de Farnes con todos su terminos mero imperio Hoste y Cabalgara y todos los demas dros. hecha por D.^n Ramon Fol por la gracia de Dios Viconde de Cabrera á favor de D.^n Bernardo de Vilademany y reconocim.^{to} de este al dho Vizconde como su vasallo.

Hay Copia de dho instrumento: Son dos copias y no el original

N. 1.

GOBIERNO DE ARAGON

Copia de una Investidura hecha por Raymundo (Vizconde de) Cabrera à favor de Bernardo de Vilademanij que es en el Libro 6. de Vilademanij N.º 20 fol. 912.

No es tal Investidura.
Es donacion en Feudo.

Sit omnibus notum, quod nos Raymundus Fulconis Dei gratia Vicecomes Capraria^x, Gratis, et ex certa scientia per nos, et omnes Successores nostros Vicecomites Cardonia. Damus vobis Bernardo de Vilademaya et vestris in perpetuum ad feudum totam illam turrim nostram de Farnerijs, et totum illud opus novum quam, et quod edificavimus, sive fecimus edificari ibi de novo scilicet in Castro de Farnerijs, et totam illam partem nostram integram pacis, et treguæ, et Justitiarum et meri imperij, et hostium, et cavalcades, et accapita, et servitia, quæ accipimus, vel accipere debemus aliquo modo in Castro predicto de Farnerijs, et ejus termini, ita videlicet quod dictam turrim et opus predictum, et omnia alia supradicta teneatis vos, et vestri in perpetuum per nos, et nostros ad feudum cum dicto Castro, et cum omnibus aliis quæ in termi-nis dicti Castri jam tenetis, et tenebatis per nos, et nostros ad feudum; ita quod in dicta turri et opere novo prædicto┴ habeamus nos, et nostri Successores in perpetuum potestatem et potestates, et valentiam, seu juvamen, et hostes, et cavalcades in hominibus dicti termini castri predicti quando tenebimus dictam potestatem, seu potestates, et dictum Castrum, et turrim, et predictum opus novum, et quod vos, et vestri teneamini in perpetuum nobis, et nostris dare irati, et paccati

X Cardona

┴ et Castro vete=ri pradicto

potestatem, seu potestates dicta turris, et Castri predicti, et operis novi predicti quandocumque, et quoties cumque fueritis requisiti, sive moniti per nos, vel nostros, sive litteras nostras seu successorum nostrorum post monitionem decem dierum, secundum usaticum Barchinonæ vobis, vel vestris factam, et si forte aliquis, sive aliqui in predictis aliquid vobis vel vestris tetigerint Amparaverint, contradixerint (vel demandam fecerint) sive questionem, vel demandam fecerint, seu intentaverint vel perturbaverint, aut forsis fecerint, promittimus per nos, et nostros defendere vos, et vestros, et juvare ac manutenere toto posse nostro et super his predictis renuntiamus juri ingratitudinis, et illi legi qua Donationes ab ingratis revocantur, et Beneficio immense Donationis, et etiam illi legi dicenti Donationes excedentes summam quingentorum aureorum factas sine insinuatione Principis non valere, et omni alii Juri Divino, et humano Scripto, et non Scripto quo predicta venire posse mus nos vel successores nostri aliqua ratione. Et nos Bernardus de Vilademaya predictus recepta predictam Donationem a vobis Domino nostro Raymundo Fulconi Dei gratia Vicecomite Cardonæ predicto recognoscimus, et in veritate confitemur per nos, et nostros tenere ad feudum per vos et vestros predictam turrim, et opus novum pre=

dictum, et dictum Castrum de Farnerij, et omnia alia supradicta quod Castrum, et medietatem pacis, et treguæ et servitiorum, et aliorum prædictorum jam per vos, et vestros de feudum tenebamus, et promisimus per nos, et nostros dare in perpetuum vobis, et vestris potestatem, seu potestates dictæ turris, et operis novi prædicti, et dicti Castri irati, et paccati quandocumque, et quotiescumque fuerimus à vobis, vel vestris moniti, seu requisiti post monitionem decem dierum per vos vel vestros successores sive litteras vestras, vel successorum vestrorum nobis factam vel nostris secundum usaticum Barñā, et concedimus, et in veritate confitemur per nos, et nostros, quod habetis vos et retinetis, ac etiam retinuistis in perpetuum vobis, et vestris successoribus valentiam sive juramentis, et hostes, et cavalcades in dicto turri, et dicto opere novo, et in Castro de Farnerij prædicto, et in omnibus hominibus termini, seu terminorum dicti Castri, sicut superius vobis, et vestris in perpetuum retinuistis, et retinetis = Item nos Bernardus de Nilademaya prædictus per nos, et nostros promisimus vobis Domino Raymundo Fulconi Dei gratia Vice Comiti Carno domino nostro prædicto, et vestris in perpetuum, quod ratione prædictorum feudorum, et donationis

1 omni

+ quod

nobis, et nostris à vobis facta valeamus nos, et nos=
tri in perpetuum vobis, et vestris de ~~rationi~~ et in omni Ger=
~~ra~~, seu Gerris vestris, quod ~~quod~~ habeatis vos, vel vestri
per nos vel alios cum dicta turri, et opere novo pro=
dicto, et dicto castro de Farnerys, et cum nostro corpo=
re proprio, et omnibus alijs castris nostris, scilicet cum
castro de Catiano, et de Vilademaya, et de Tarradel=
lo, et cum omnibus alijs bonis nostris proprijs, et cum
Militibus, et hominibus nostris bona fide, et sine omni
enganno ad vestrum vestrorumque bonum intellectum,
et comodum contra omnes homines, et Mulieres tam
Magnates quam alios cujuscumque dignitatis hono=
ris, generis, seu conditionis sint, et ratione dictorum
feudorum, et aliarum convenientiarum prædictarum
facimus vobis in præsenti homagium, quod vobis, et ves=
tris successoribus, successores nostri ratione prædic=
torum ~~prædictorum~~ feudorum, et aliorum præ=
dictorum in perpetuum facere teneantur, et ad
majoris roboris firmitatem juramus per Deum,
et ejus sancta quatuor Evangelia corporaliter
tacta prædicta omnia attendere, et complere,
et non contravenire jure aliquo sive causa, et si
aliquo jure scripto vel non scripto, publico, Divi=
no, vel humano, sive privato, contra prædicta
venire possemus nos vel successores nostri illi peni=

GOBIERNO DE ARAGON

tus renuntiamus: quod est actum nonis Augusti
anno Domini Millessimo Ducentissimo nonagessimo
quarto = Signum Domini Raymundi Fulconis Dei
gratia Vicecomitis Cardonae praedicti, qui haec omnia
praedicta firmamus = Signum Bernardi de Vila:
demayo praedicti, qui hac firmamus, et juramus = testes
huius rei sunt Dalmatius de Palatiolo, et Raymun=
dus de Vilanoba, et Guilabertus de Wexonibus milites
et Bartholomeus Cochi Bajulus de Rupito = Sig+
Raymundus de Soscheda Clericus, ac publicus nott.
Sanctae Mariae Amerien. hac scripsi et Clausi.

Hoc est Exemplum bene, et fideliter Barrue
sumptum à quodam pub.co et authentico instro
in pergameneo exarato, non vitiato, neque cancellato
neque in aliqua illius parte suspecto, imo omni suspitionis
vitio carente tenoris sequentis.

Santa Coloma de Farnes.

Escritura otorgada en 6 de Agosto de 1294 * por Ramon Folch por la gracia de Dios Vizconde de Cardona y por el y por todos sus sucesores Vizcondes de Cardona, dió á Bernardo de Villademany y á los suyos perpetuamente en feudo, toda su torre de Farnes y la obra nueba que alli habia edificado y toda su parte integra de paz y de tregua, justicia, mero y mixto imperio, huestes y cavalgatas, demandas y servicios que recibia ó debia recibir de algun modo en el dho Castillo de Farnés y en sus terminos, para que el Bernardo y los suyos tubieren perpetuamente la enunciada torre y obra y demas cosas arriba expresadas, en feudo con dho. Castillo y con todas las demas cosas que ya tenia el Bernardo en los terminos del mencionado Castillo, en feudo por dho Vizconde y los suyos, de suerte que en la dha torre y obra nueba y en el dho Castillo viejo, el Ramon Folch y sus sucesores perpetuamente, la potestad y potestades y la valentia ó auxilio y huestes y cavalgatas en los hombres de dho termº. del mencionado Castillo, siempre que tubiesen la expresada potestad ó potestades y el insinuado Castillo y Torre y la referida obra nueva y que el Bernardo de Villademani y los suyos estubieren obligados á perpetuidad dar á aquel y los suyos en guerra y en paz, la potestad ó potestades de la mencionada torre y Castillo sobredicho y de la referida obra nueva en cualquier tiempo y cuantas veces fuere requerido ó amonestado por dicho Vizconde ó por los suyos y sucesores

Sigue la Escritura con todas las clausulas

* ante D. Ramon de Sorcheda, clerigo y Notº publico de Santa Maria de Amelia,

Legº. . . 1.
Numº. . . 1.

GOBIERNO DE ARAGON

~~de estos~~ y finneras de una donacion intervivos. Y estando presente el Bernardo de Vilademani, la aceptó obligandose á su cumplimiento, tambien con todas las clausulas mas expresivas y que por razon de los sobredichos feudos y donaciones hecha á el Bernardo de Vilademani y á los suyos por si y por estos, se obligaba servir ó auxiliar al Vizconde y á los suyos de todo y en toda guerra que tubieren con esta torre y obra nueva y con el insinuado Castillo de Farnés y con sus propios cuerpos y con todos los demas castillos suyos, á saber con el Castillo de Cassiano y de Vilademani y de Taradell y con todos los demas bienes propios, hombres &c.ª=

Nota.

El documento que queda extractado obra en el Archivo que el Excmo Sr. Duque de Medinaceli tiene en la Ciudad de Barcelona, de donde se sacó testimonio para el pleito que siguio el Fiscal de S. M. con el Excmo. Sr. Duque de Hijar sobre incorporacion á la Real Corona de la jurisdiccion y demas derechos de la Villa de Santa Coloma de Farnes, cuyos Autos obran originales en el Consejo=

AÑO 1857. SELLO 4º 40 Ms